Soetbeer, Ad. De mythico argumento Euripidis Supplicum.

Diss. Götting 1837.

# DE MYTHICO ARGUMENTO EURIPIDIS SUPPLICUM.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

AD

UMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

**ADOLPHUS SOETBEER,**

HAMBURGENSIS.

καί πού τι καὶ βροτῶν φάτιν ὑπὲρ τὸν ἀλαθῆ λόγον
δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις ἐξαπατῶντι μῦθοι.

PIND.

GOTTINGAE,

EX OFFICINA HENRICI CAROLI SEEMANN.

MDCCCXXXVII.

Filed, [illegible]

[illegible]

June 4 1851

CAR. ODOFREDO MÜLLER

PRAECEPTORI DILECTISSIMO

D. D. D.

AUCTOR.

[illegible]
1965

Quantum ad veram Graecorum mythorum originem atque indolem accuratius examinandam et cognoscendam valeat ea disquirendi ratio, quae totam quaestionem sic ordiatur, ut fontes et nativum mythi solum indaget, multis jam et luculentis exemplis est probatum, atque hodie inter aequos peritosque harum rerum aestimatores satis constat. Imprimis vero ejus modi disquisitio facilem et probabilem explicationem adjuvat, ubi de ejusdem mythi varia et nonnumquam plane diversa forma agitur. Neque enim singularum Graecarum nationum et civitatum diversa et propria indoles in mythis excolendis tradendisque universam et communem quandam auctoritatem sequebatur atque etiam quem ab alia acceperat mythum, quaeque natio ad suum ingenium componere solebat mutando vel addendo. Nusquam autem magis hoc fieret necesse erat, quam in mythis, qui majorum laudes et antiquam nationis gloriam spectarent, quippe quibus tuendis et amplificandis Graecae civitates non minore cura studerent, quam ne suis temporibus patria mala fama adspergeretur; veri enim simillimum est, quamque nationem hac sui admiratione nihil fere, quod ipsi dedecori esset, mythis tradidisse, alienae vero laudi, dum suae consuleret, facile detraxisse.

At nullius Graecae civitatis auctoritatem plerique omnes mythi, quorum adhuc notitia nobis est,

magis sunt experti, quam Atheniensium, praesertim cum a tragicis Atticis poetis ex universis fere Graeciae mythis apta fabularum argumenta peterentur et conformarentur; ex hoc vero amplo tragoediarum fonte ii deinde summo cum studio hauriebant, qui doctrinae causa mythorum complexum qualemcunque instituebant, et quod ab Atticorum auctoritate recederet parum respiciebant; id quod ex Apollodori, Hygini aliorumque expositione clare apparet. Vix dubitandum videtur, quin saepenumero plane diversam a vulgari mythorum speciem adspiceremus, si famam ejus regionis, ubi primum radices egerunt, adire liceret, nec plerumque ea sola forma, in quam Atticorum arbitrium mythos redegit, acquiescendum esset. Certe in multis mythis, ubi comparatio inter Atticam et antiquiorem patriamque narrationem institui potest, mira dissensio conspicitur. At non diutius generales has rationes moramur, sed statim pergimus ad singulorum mythorum examen, ubi haec nostra sententia aptis exemplis probetur et commendetur. Multis de causis hunc in finem eum mythum, qui Euripideae tragoediae, Supplices inscriptae, argumentum praebuit, delegimus; in hoc enim non solum mutationem, sed etiam mutationis interiores causas demonstrare licet; deinde ex hac mythi explanatione ipsius tragoediae consilium magis intelligitur, quum politicae quoque fabulae rationes cum mythico argumento arcte cohaereant.

Mythicum Supplicum argumentum spectat ad sepulturam septem Argivorum heroum, qui ad Thebas occubuerant, et parva igitur tantum particula est ex magna et continua mythorum serie, quae Thebaidis titulo plerumque comprehenditur. Sed antequam in illam separatam mythi partem accuratius inquiramus non abs re fuerit, breviter

primum disserere, qua fide in universum Thebani mythi ab Atticis sint tractati.

Non aliae totius Graeciae gentes et regiones tam diversam et paene contrariam prae se ferunt speciem, quam Attica et Boeotia, quamquam confines. Attica terra arida est atque sterilis, Boeotia humida ac fertilissima, Athenienses agiles atque elegantissimi, Boeoti robusti et inurbani habebantur *); Athenis immodica populi potestas, Thebis et in ceteris plerisque Boetiis civitatibus summum imperium penes optimates praevalebat. Aemulatio atque invidia, qua omnes fere Graeciae confines gentes invicem flagrabant, vehementius etiam quam alibi his de causis inter Atticos et Boeotos exardescebat et multis modis alebatur. Antiquis jam temporibus ob Oropum, Eleutheras, Plataeas diuturna et cruenta bella gesta videntur, quorum accuratior quidem notitia ad nos non pervenit; verum etiam inde ab eo tempore, quo Graeca historia majorem lucem accipit, usque ad finem belli Peloponesiaci simultates, dissidia, bella inter Athenienses et Boeotorum commune, cujus caput Thebae erant, numquam diu cessabant. Ut rei satis notae luculenta nonnulla exempla diserte afferam, Pindarus a Thebanis grandi pecunia multatus dicitur ob laudes, quibus Athenas celebrarat; Spartani cum Nicianam pacem cum Atheniensibus inirent, Boeoti potissimum ad eam accedere recusaverunt. At non modo bello armisque Athenienses Boeotis damna infligere studebant, verum etiam invidia et malevolentia ducti non minus, ut bonam eorum famam

---

*) cf. Cic. de fato c. 4. Athenis tenue coelum, ex quo acutiores etiam putantur Attici; crassum Thebis itaque pingues Thebani et valentes. Nep. Alc. c. 2. Omnes Boeoti magis firmitati corporis quam ingenii acumini inserviunt.

patriasque laudes imminuerent et corrumperent, operam dabant, idque eo efficacius, quod Attici ingenii auctoritas jam satis mature in Graecia praevalere coeperat. Imprimis Boeotorum asperitas quaedam morum et major corporis cura invidioso Atheniensium derisui largam materiem suppeditavit. Attamen re vera Boeotos antiquioribus temporibus ab omni musices cultu minime alienos fuisse certa sunt indicia; ipsarum Musarum eximia veneratio, Hesiodeorum vatum celebris schola, lyricorum, imprimis Pindari, laus. Sed jam (Ol. VI. 87) hic ipse Pindarus queritur falsum ἀρχαῖον ὄνειδος, Βοιωτίαν ὗν *), quod proverbium haud dubie ab Atticorum conviciis originem traxerat, sicut idem Pindarus alio loco ineptae cujusdam famae ortum sic explicat, εἶπέ τις φθονερῶν γειτόνων.

Quin etiam quod ad hanc Boeotorum ἀμουσίαν attinet, ipse mythus, quo Boeoti suas musices laudes cum gloriatione quadam exprimebant, Atticorum depravationem non fugit **). Ut Musarum primaria sedes in Helicone Boeotiae monte fingebatur, sic praeterea ad Boeotiam Minerva Musica referebatur. Huic deae enim inventrici id musices genus, quo maxime Boeoti excellebant, tibiarum cantum tribuebant, et in ea quidem regione unde ipsi praestantissimum tibiarum calamum, auleticum dictum, sumebant (Plin. h. n. XVI, 66), inventio quoque

---

*) Etiam in prooemio Hesiodeae theogoniae versus additur, cui similis significatio inest. In adlocutione enim Musarum ad Boeotium vatem hoc nunc legitur initium:

ποίμενες ἄγραυλοι, κάκ' ἔλεγχεα, γάστερες οἶον.

**) Manifesta quaedam Boeotiarum tibiarum irrisio apparet etiam in Aristophanis Acharnensibus. Boeotus quidam cum comitatu tibicinum in scenam prodit, quos ita alloquitur:

ὑμὲς δ' ὅσοι Θείβαθεν αὐληταὶ πάρα
τοῖς ὀστίνοις φυσῆτε τὸν πρωκτὸν κυνός.

Ad quae Atheniensis Dicaearchus exclamat: παῦ' ἐς κόρακας.

tibiarum collocabatur. Verum et simplicem mythum Pindarus nobis exhibet. Pyth. XII.

*ἀλλ' ἐπεὶ ἐκ τούτων φίλον ἄνδρα πόνων* (Perseum)
*ἐρρύσατο, πάρθένος* (Minerva) *αὐλῶν τεῦχε πάμ-*
*φωνον μέλος*

et duobus versibus interpositis

*εὗρεν θεός· ἀλλά νιν εὑροῖσ' ἀνδράσι θνατοῖς ἔχειν* sqq.

Jam vero quomodo Attici mythum de tibiarum inventione tradunt? Facile perspicitur invidiosa mutatio, qua simplicem hunc mythum Attici inverterint. Narrabant quidem Minervam primum tibias invenisse, sed neutiquam diu earum cantu esse gavisam; ob deformatam faciem tibias cum contemtu abjecisse, abjectas Phrygium Marsyam in suum ipsius damnum sumsisse (cf. de tibiarum inventionis mytho Boettiger Att. Mus. tom I. fasc. II).

Alterum exemplum, ubi Pindarus plane aliam famam atque Attici poetae exprimit, legitur in alio Pyth. carmine (IX, 79)

*ἔγνων ποτὲ καὶ 'Ιόλαον*
*οὐκ ἀτιμάσαντά νιν ἑπτάπυλοι Θῆβαι· τὸν Εὐρυσ-*
*θῆος ἐπεὶ κεφαλάν*
*ἔπραθε φασγάνου ἀκμᾷ, κρύψαν ἔνερθ' ὑπὸ γᾶν*
*διφρηλάτα 'Αμφιτρύωνος*
*σάματι.*

Facile ex his versibus intelligitur, etiam Thebanos ad patrias laudes retulisse, quod exsulibus Herculis filiis succurrissent. Id enim Pindari verba aperte significant, ad ipsas Thebas vel cum Thebano exercitu pugnam illam commissam esse, qua Jolai maxime integra fortitudine Heraclidae ab Eurysthei odiis servarentur. Nam si ea fama Pindaro obversata esset, quam Euripides Heraclidis tragoedia exposuit et insequentes mythographi receperunt, nullo pacto eum ita loqui potuisse, neminem fugiet illos versus diligentius reputantem; cf. Od. Müller. Dor. I. p. 55. Proleg. ad Myth. p. 25.

# DE MYTHICO ARGUMENTO EURIPIDIS SUPPLICUM.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

AD

UMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

ADOLPHUS SOETBEER,

HAMBURGENSIS.

καί πού τι καὶ βροτῶν φάτιν ὑπὲρ τὸν ἀλαθῆ λόγον
δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις ἐξαπατῶντι μῦθοι.
Pind.

GOTTINGAE,

EX OFFICINA HENRICI CAROLI SEEMANN.

MDCCCXXXVII.

Trans. from
D. T.
June 7, 1881.

CAR. ODOFREDO MÜLLER

PRAECEPTORI DILECTISSIMO

D. D. D.

AUCTOR.

Hilda Steiner
1963

Quantum ad veram Graecorum mythorum originem atque indolem accuratius examinandam et cognoscendam valeat ea disquirendi ratio, quae totam quaestionem sic ordiatur, ut fontes et nativum mythi solum indaget, multis jam et luculentis exemplis est probatum, atque hodie inter aequos peritosque harum rerum aestimatores satis constat. Imprimis vero ejus modi disquisitio facilem et probabilem explicationem adjuvat, ubi de ejusdem mythi varia et nonnumquam plane diversa forma agitur. Neque enim singularum Graecarum nationum et civitatum diversa et propria indoles in mythis excolendis tradendisque universam et communem quandam auctoritatem sequebatur atque etiam quem ab alia acceperat mythum, quaeque natio ad suum ingenium componere solebat mutando vel addendo. Nusquam autem magis hoc fieret necesse erat, quam in mythis, qui majorum laudes et antiquam nationis gloriam spectarent, quippe quibus tuendis et amplificandis Graecae civitates non minore cura studerent, quam ne suis temporibus patria mala fama adspergeretur; veri enim simillimum est, quamque nationem hac sui admiratione nihil fere, quod ipsi dedecori esset, mythis tradidisse, alienae vero laudi, dum suae consuleret, facile detraxisse.

At nullius Graecae civitatis auctoritatem plerique omnes mythi, quorum adhuc notitia nobis est,

magis sunt experti, quam Atheniensium, praesertim cum a tragicis Atticis poetis ex universis fere Graeciae mythis apta fabularum argumenta peterentur et conformarentur; ex hoc vero amplo tragoediarum fonte ii deinde summo cum studio hauriebant, qui doctrinae causa mythorum complexum qualemcunque instituebant, et quod ab Atticorum auctoritate recederet parum respiciebant; id quod ex Apollodori, Hygini aliorumque expositione clare apparet. Vix dubitandum videtur, quin saepenumero plane diversam a vulgari mythorum speciem adspiceremus, si famam ejus regionis, ubi primum radices egerunt, adire liceret, nec plerumque ea sola forma, in quam Atticorum arbitrium mythos redegit, acquiescendum esset. Certe in multis mythis, ubi comparatio inter Atticam et antiquiorem patriamque narrationem institui potest, mira dissensio conspicitur. At non diutius generales has rationes moramur, sed statim pergimus ad singulorum mythorum examen, ubi haec nostra sententia aptis exemplis probetur et commendetur. Multis de causis hunc in finem eum mythum, qui Euripideae tragoediae, S u p p l i c e s inscriptae, argumentum praebuit, delegimus; in hoc enim non solum mutationem, sed etiam mutationis interiores causas demonstrare licet; deinde ex hac mythi explanatione ipsius tragoediae consilium magis intelligitur, quum politicae quoque fabulae rationes cum mythico argumento arcte cohaereant.

Mythicum S u p p l i c u m argumentum spectat ad sepulturam septem Argivorum heroum, qui ad Thebas occubuerant, et parva igitur tantum particula est ex magna et continua mythorum serie, quae Thebaidis titulo plerumque comprehenditur. Sed antequam in illam separatam mythi partem accuratius inquiramus non abs re fuerit, breviter

primum disserere, qua fide in universum Thebani mythi ab Atticis sint tractati.

Non aliae totius Graeciae gentes et regiones tam diversam et paene contrariam prae se ferunt speciem, quam Attica et Boeotia, quamquam confines. Attica terra arida est atque sterilis, Boeotia humida ac fertilissima, Athenienses agiles atque elegantissimi, Boeoti robusti et inurbani habebantur *); Athenis immodica populi potestas, Thebis et in ceteris plerisque Boetiis civitatibus summum imperium penes optimates praevalebat. Aemulatio atque invidia, qua omnes fere Graeciae confines gentes invicem flagrabant, vehementius etiam quam alibi his de causis inter Atticos et Boeotos exardescebat et multis modis alebatur. Antiquis jam temporibus ob Oropum, Eleutheras, Plataeas diuturna et cruenta bella gesta videntur, quorum accuratior quidem notitia ad nos non pervenit; verum etiam inde ab eo tempore, quo Graeca historia majorem lucem accipit, usque ad finem belli Peloponesiaci simultates, dissidia, bella inter Athenienses et Boeotorum commune, cujus caput Thebae erant, numquam diu cessabant. Ut rei satis notae luculenta nonnulla exempla diserte afferam, Pindarus a Thebanis grandi pecunia multatus dicitur ob laudes, quibus Athenas celebrarat; Spartani cum Nicianam pacem cum Atheniensibus inirent, Boeoti potissimum ad eam accedere recusaverunt. At non modo bello armisque Athenienses Boeotis damna infligere studebant, verum etiam invidia et malevolentia ducti non minus, ut bonam eorum famam

*) cf. Cic. de fato c. 4. Athenis tenue coelum, ex quo acutiores etiam putantur Attici; crassum Thebis itaque pingues Thebani et valentes. Nep. Alc. c. 2. Omnes Boeoti magis firmitati corporis quam ingenii acumini inserviunt.

patriasque laudes imminuerent et corrumperent, operam dabant, idque eo efficacius, quod Attici ingenii auctoritas jam satis mature in Graecia praevalere coeperat. Imprimis Boeotorum asperitas quaedam morum et major corporis cura invidioso Atheniensium derisui largam materiem suppeditavit. Attamen re vera Boeotos antiquioribus temporibus ab omni musices cultu minime alienos fuisse certa sunt indicia; ipsarum Musarum eximia veneratio, Hesiodeorum vatum celebris schola, lyricorum, imprimis Pindari, laus. Sed jam (Ol. VI. 87) hic ipse Pindarus queritur falsum *ἀρχαῖον ὄνειδος, Βοιωτίαν ὗν* *), quod proverbium haud dubie ab Atticorum conviciis originem traxerat, sicut idem Pindarus alio loco ineptae cujusdam famae ortum sic explicat, *εἶπέ τις φθονερῶν γειτόνων.*

Quin etiam quod ad hanc Boeotorum *ἀμουσίαν* attinet, ipse mythus, quo Boeoti suas musices laudes cum gloriatione quadam exprimebant, Atticorum depravationem non fugit **). Ut Musarum primaria sedes in Helicone Boeotiae monte fingebatur, sic praeterea ad Boeotiam Minerva Musica referebatur. Huic deae enim inventrici id musices genus, quo maxime Boeoti excellebant, tibiarum cantum tribuebant, et in ea quidem regione unde ipsi praestantissimum tibiarum calamum, auleticum dictum, sumebant (Plin. h. n. XVI, 66), inventio quoque

---

*) Etiam in prooemio Hesiodeae theogoniae versus additur, cui similis significatio inest. In adlocutione enim Musarum ad Boeotium vatem hoc nunc legitur initium:

ποίμενες ἄγραυλοι, κάκ' ἔλεγχεα, γάστερες οἶον.

**) Manifesta quaedam Boeotiarum tibiarum irrisio apparet etiam in Aristophanis Acharnensibus. Boeotus quidam cum comitatu tibicinum in scenam prodit, quos ita alloquitur:

ὑμὲς δ' ὅσοι Θείβαθεν αὐληταὶ πάρα
τοῖς ὀστίνοις φυσῆτε τὸν πρωκτὸν κυνός.

Ad quae Atheniensis Dicaearchus exclamat: πᾶυ' ἐς κόρακας.

tibiarum collocabatur. Verum et simplicem mythum Pindarus nobis exhibet. Pyth. XII.

*ἀλλ' ἐπεὶ ἐκ τούτων φίλον ἄνδρα πόνων* (Perseum)
*ἐρρύσατο, πάρθένος* (Minerva) *αὐλῶν τεῦχε πάμφωνον μέλος*

et duobus versibus interpositis

*εὗρεν θεός· ἀλλά νιν εὑροῖσ' ἀνδράσι θνατοῖς ἔχειν* sqq.

Jam vero quomodo Attici mythum de tibiarum inventione tradunt? Facile perspicitur invidiosa mutatio, qua simplicem hunc mythum Attici inverterint. Narrabant quidem Minervam primum tibias invenisse, sed neutiquam diu earum cantu esse gavisam; ob deformatam faciem tibias cum contemtu abjecisse, abjectas Phrygium Marsyam in suum ipsius damnum sumsisse (cf. de tibiarum inventionis mytho Boettiger Att. Mus. tom I. fasc. II).

Alterum exemplum, ubi Pindarus plane aliam famam atque Attici poetae exprimit, legitur in alio Pyth. carmine (IX, 79)

*ἔγνων ποτὲ καὶ Ἰόλαον*
*οὐκ ἀτιμάσαντά νιν ἑπτάπυλοι Θῆβαι· τὸν Εὐρυσθῆος ἐπεὶ κεφαλάν*
*ἔπραθε φασγάνου ἀκμᾷ, κρύψαν ἔνερθ' ὑπὸ γᾶν διφρηλάτα Ἀμφιτρύωνος*
*σάματι.*

Facile ex his versibus intelligitur, etiam Thebanos ad patrias laudes retulisse, quod exsulibus Herculis filiis succurrissent. Id enim Pindari verba aperte significant, ad ipsas Thebas vel cum Thebano exercitu pugnam illam commissam esse, qua Jolai maxime integra fortitudine Heraclidae ab Eurysthei odiis servarentur. Nam si ea fama Pindaro obversata esset, quam Euripides Heraclidis tragoedia exposuit et insequentes mythographi receperunt, nullo pacto eum ita loqui potuisse, neminem fugiet illos versus diligentius reputantem; cf. Od. Müller. Dor. I. p. 55. Proleg. ad Myth. p. 23.

Sed transeamus ad eos Thebanos mythos, quibus arctior quaedam ratio cum eo ipso mytho, cujus accuratior investigatio primarium hujus disquisitionis consilium est, intercedat.

Quamquam dubitari nullo pacto potest, mythos illos verae Thebanae originis, qui Oedipodis filiorumque ejus fata spectabant, jam inde a primo ortu atque incunabulis horrendam quandam atrocitatem prae se tulisse, attamen pro certo affirmare licet, plurima simul his ipsis mythis celebrata fuisse, quae Thebanis summo honori essent et illa atrocia quodammodo obtegerent, liquido nobis persuadere possumus, Atticorum potissimum invidiosa opera factum esse, ut in Thebanis mythis hae laetae res temporum memoria minus commendarentur et eminerent, contra *atrocitas illa, quae initio inerat,* praecipue illustraretur et mirum quantum augeretur. Cui sententiae ut certa et diserta approbatio accedat, consideramus, quid in universum ex iis fontibus, ad quos nulla Atticae auctoritatis suspicio pertinet, de his Thebanis mythis intelligere liceat.

Jam ipse princeps Graecorum poetarum, Homerus, plane aliam atque Attici poetae de Oedipodis fatis famam est secutus. De incestis quidem nuptiis patrisque caede cum iis consentit; minime vero de Oedipodis caecitate et exsilio. Duo loci, ubi Oedipodis fata significantur, leguntur in Odysseae Lib. XI, 271—280 et Iliadis lib. XXIII, 679.

*Μητέρα τ' Οἰδιπόδαο ἴδον, καλὴν 'Επικάστην,*
*ἣ μέγα ἔργον ἔρεξεν ἀϊδρείῃσι νόοιο*
*γημαμένη ᾧ υἱεῖ· ὁ δ' ὃν πατέρ' ἐξεναρίξας*
*γῆμεν· ἄφαρ δ' ἀνάπυστα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισιν.*
*ἀλλ' ὁ μὲν ἐν Θήβῃ πολυηράτῳ ἄλγεα πάσχων,*
*Καδμείων ἤνασσε, θεῶν ὀλοὰς διὰ βουλάς·*
*ἡ δ' ἔβη εἰς 'Αΐδαο πυλάρταο κρατέροιο*

ἁψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου,
ᾧ ἄχεϊ σχομένη· τῷ δ'ἄλγεα κάλλιπ' ὀπίσσω
πολλὰ μάλ' ὅσσα τε μητρὸς 'Ερίνυες ἐκτελέουσιν.

altero loco de Euryali patre, Mecistheo, memoratur:

ὅς ποτε Θήβασδ' ἦλθε δεδουπότος Οἰδιπόδαο
ἐς τάφον· ἔνθα δὲ πάντας ἐνίκα Καδμείωνας.

Id omnium luculentissime ex hac duplice commemoratione apparet, secundum Homeri opinionem, etiam matre post incestum patefactum suspensa, Oedipum nihilominus Thebis regnum continuasse et ipsi mortuo ut regi justas exsequias esse concessas. Ac de genere quidem mortis Oedipodis singularis aliunde non nota fama Homero videtur obversata, nam quam interpretationem hujus versus ἦλθε δεδουπότος Οἰδιπόδαο ἐς τάφον Welkerus proponit improbandam putamus. Poeticam scilicet naturalis mortis dictionem illis verbis exprimi, ait, et interpretatur (Zimmermann. Schulzeitung. 1832. Abth. II. p. 105.) „als Oedipus niedergekracht, zusammengebrochen sei in das Grab". At ipse sermo et Homeri simplicitas longe magis commendant illam explicationem, quam etiam Scholiorum auctoritas tuetur et plerique probaverunt, secundum quam sic conjungimus verba ἦλθε Θήβασδ' ἐς τάφον δεδουπότος Οἰδιπόδαο, venit Thebas ad exsequias Oedipodis, qui bello occubuerat. Vox enim τάφος per tota Homeri carmina numquam sic invenitur, ut sepulcri notio inde appareat; ubique contra de exsequiis, quarum magna pars ludi funebres erant, intelligi potest. Meminisse juvat ultimi Iliadis versus: ὣς οἵ μὲν ἀμφίεπον τάφον Ἕκτορος coll. vv. antecc. cff. Il. ψ, 29, 619. Odyss. γ, 309. δ, 547. Sed etiamsi voci τάφος apud Homerum sepulcri notionem concedamus, nihilo minus similibus exemplis non adhibitis, δεδουπότος ἐς τάφον simplici moriendi notione ab Homero dici potuisse, dubitaverim; at de morte, quam proelii discrimen affert, bene se habere sim-

plicem vocem δεδουπεῖν alio Homeri versu probatur Il. XIII, 426; ubi Idomeneus aut aliquem ex Trojanis interficere cupit

ἢ αὐτὸς δουπῆσαι ἀμύνων λοιγὸν 'Αχαιοῖς.

Neque meliore jure quam hic etiam priore Odysseae loco Welkerus vulgaris mythi significationem videtur sibi repperisse. Scilicet hoc versu τῷ δ'ἄλγεα κάλλιπ' ὀπίσσω notam Oedipodis caecitatem significari putat. At vox ἄλγεα apud Homerum vix minus de externis doloribus, quam de animi aerumnis dicitur, praesertim vero de aerumna, qua dilecti hominis mors superstites afficit. cf. Il. XXII, 52 sq. XXIV, 522. Similis ratio etiam nostro loco apparet, ubi Epicastae mors Oedipo aerumnas efficit, et multas quidem, quum mortuae matris Erynnies simul eum vexarent.

Attici demum poetae Oedipodis caecitatem atque exsilium in mythum introduxerunt atque ut primariam quandam ejus partem quam maxime respexerunt, id quod praecipue Sophoclis fabulis factum esse videtur, certe apud Aeschylum nulla Oedipodis exsilii mentio invenitur. Vide excursum.

Aliud luculentum exemplum, qua industria Attici Thebanorum mythorum atrocitatem amplificaverint, prodit ex fragmento antiqui mythographi Pherecydis, fragm. ed. Sturz. LII, qui mythos quos tradit in patriis adhuc sedibus investigaverat. Hic enim narrat, infelix illud par fratrum filiasque, Antigonam et Ismenam, ex quorum duplice cum Oedipo cognatione Atticae tragoediae tam saepe horrorem miserationemque excitant, minime ex incestis nuptiis Oedipodis cum matre esse procreatos, sed altero matrimonio ex Eurygeneia natos.

Neque hujus rei fides hac sola narratione nititur. Pausanias (IX, 5, 5) picturam, quam Plataeis vidit, sic describit: καὶ 'Ονάτας Πλαταιᾶσιν

*ἔγραψε κατηφῆ τὴν Εὐρυγάνειαν ἐπὶ τῇ μαχῇ τῶν παίδων.* Haud dubie jam ipse Onatas, qui circa Olympiadem LXXX floruit hoc nomen adscripserat.

Quod jam ad ipsum bellum septem Argivorum heroum adversus Thebas attinet antiqua et Thebana fama Thebarum gloriae quam maxime consulere debebat atque hoc eo carmine antiquissimo, quod has res complectebatur, cyclica Thebaide, factum esse, jam inde concludere licet, quod poeta hoc carmen Thebanis composuisse et Thebis primum recitasse traditur. (Paus. IX, 9, 3. Plut. v. Hom. c. 4.). Unum modo praeter illud quo maxime tendo exemplum ex hac mythorum serie proferam, quo clarius pateat, quomodo hic quoque Attica mythi conformatio Thebanae gloriae inviderit.

Etiam nullo diserto testimonio servato, jam ex ipsa rei conditione liquido affirmari posset, si apud Thebanos ipsos primordia mythi de expeditione Argivorum heroum Thebarumque obsidione orta atque exculta sunt, veram causam originemque belli haud quaquam ab aliquo Thebanorum crimine petitam, sed totam ad hostium culpam et superbiam fuisse relatam, haud aliter atque Iliaci belli universa culpa ad Trojanorum fraudem redit. Sed hac de re disertis testimoniis non caremus. Hellanici enim fragmentum originem belli sic explicat schol. ad Phoen. v. 71: *κατὰ συνθήκας Πολυνείκην συγχωρῆσαι τὴν βασιλείαν Ἐτεοκλεῖ, λέγων αἵρεσιν αὐτῷ προθεῖναι τὸν Ἐτεοκλῆ, εἰ βούλοιτο τὴν βασιλείαν ἔχειν, ἢ τὸ μέρος τῶν χρημάτων λαβεῖν καὶ ἑτέραν πόλιν οἰκεῖν· τὸν δὲ λαβόντα τὸν ὅρμον παραχωρῆσαι.* — Polynici etiam aliud antiquissimum monumentum majorem belli culpam tribuit. In memorabili mythorum serie, quam arca Cypseli exhibebat, singulare quoque certamen Thebanorum

plicem vocem *δεδουπεῖν* alio Homeri versu probatur Il. XIII, 426; ubi Idomeneus aut aliquem ex Trojanis interficere cupit

*ἢ αὐτὸς δουπῆσαι ἀμύνων λοιγὸν Ἀχαιοῖς.*

Neque meliore jure quam hic etiam priore Odysseae loco Welkerus vulgaris mythi significationem videtur sibi repperisse. Scilicet hoc versu *τῷ δ'ἄλγεα κάλλιπ' ὀπίσσω* notam Oedipodis caecitatem significari putat. At vox *ἄλγεα* apud Homerum vix minus de externis doloribus, quam de animi aerumnis dicitur, praesertim vero de aerumna, qua dilecti hominis mors superstites afficit. cf. Il. XXII, 52 sq. XXIV, 522. Similis ratio etiam nostro loco apparet, ubi Epicastae mors Oedipo aerumnas efficit, et multas quidem, quum mortuae matris Erynnies simul eum vexarent.

Attici demum poetae Oedipodis caecitatem atque exsilium in mythum introduxerunt atque ut primariam quandam ejus partem quam maxime respexerunt, id quod praecipue Sophoclis fabulis factum esse videtur, certe apud Aeschylum *nulla* Oedipodis exsilii mentio invenitur. Vide excursum.

Aliud luculentum exemplum, qua industria Attici Thebanorum mythorum atrocitatem amplificaverint, prodit ex fragmento antiqui mythographi Pherecydis, fragm. ed. Sturz. LII, qui mythos quos tradit in patriis adhuc sedibus investigaverat. Hic enim narrat, infelix illud par fratrum filiasque, Antigonam et Ismenam, ex quorum duplice cum Oedipo cognatione Atticae tragoediae tam saepe horrorem miserationemque excitant, minime ex incestis nuptiis Oedipodis cum matre esse procreatos, sed altero matrimonio ex Eurygeneia natos.

Neque hujus rei fides hac sola narratione nititur. Pausanias (IX, 5, 5) picturam, quam Plataeis vidit, sic describit: *καὶ Ὀνάτας Πλαταιᾶσιν*

*ἔγραψε κατηφῆ τὴν Εὐρυγάνειαν ἐπὶ τῇ μάχῃ τῶν παίδων.* Haud dubie jam ipse Onatas, qui circa Olympiadem LXXX floruit hoc nomen adscripserat.

Quod jam ad ipsum bellum septem Argivorum heroum adversus Thebas attinet antiqua et Thebana fama Thebarum gloriae quam maxime consulere debebat atque hoc eo carmine antiquissimo, quod has res complectebatur, cyclica Thebaide, factum esse, jam inde concludere licet, quod poeta hoc carmen Thebanis composuisse et Thebis primum recitasse traditur. (Paus. IX, 9, 5. Plut. v. Hom. c. 4.). Unum modo praeter illud quo maxime tendo exemplum ex hac mythorum serie proferam, quo clarius pateat, quomodo hic quoque Attica mythi conformatio Thebanae gloriae inviderit.

Etiam nullo diserto testimonio servato, jam ex ipsa rei conditione liquido affirmari posset, si apud Thebanos ipsos primordia mythi de expeditione Argivorum heroum Thebarumque obsidione orta atque exculta sunt, veram causam originemque belli haud quaquam ab aliquo Thebanorum crimine petitam, sed totam ad hostium culpam et superbiam fuisse relatam, haud aliter atque Iliaci belli universa culpa ad Trojanorum fraudem redit. Sed hac de re disertis testimoniis non caremus. Hellanici enim fragmentum originem belli sic explicat schol. ad Phoen. v. 71: *κατὰ συνθήκας Πολυνείκην συγχωρῆσαι τὴν βασιλείαν Ἐτεοκλεῖ, λέγων αἵρεσιν αὐτῷ προθεῖναι τὸν Ἐτεοκλῆ, εἰ βούλοιτο τὴν βασιλείαν ἔχειν, ἢ τὸ μέρος τῶν χρημάτων λαβεῖν καὶ ἑτέραν πόλιν οἰκεῖν· τὸν δὲ λαβόντα τὸν ὅρμον παραχωρῆσαι.* — Polynici etiam aliud antiquissimum monumentum majorem belli culpam tribuit. In memorabili mythorum serie, quam arca Cypseli exhibebat, singulare quoque certamen Thebanorum

fratrum expressum conspiciebatur, quod Pausanias hisce describit: *Τῶν δὲ Οἰδίποδος παίδων Πολυνείκει πεπτωκότι ἐς γόνυ ἔπεισιν Ἐτεοκλῆς· τοῦ Πολυνείκους δὲ ὄπισθεν ἕστηκεν ὀδόντας τε ἔχουσα οὐδέν ἡμερωτέρους θηρίου, καὶ οἱ τῶν χειρῶν εἰσιν ἐπικαμπεῖς οἱ ὄνυχες· ἐπίγραμμά δὲ ἐπ' αὐτῇ εἶναί φασι Κῆρα.* Verum hujus imaginis sensum Welkerus perspexisse videtur; interpretationem plane contrariam dederat Pausanias. Quae uni Polynici adstabat *Κῆρ* culpam ejus et meritam poenam significare debebat. Recte etiam jam ab aliis est annotatum, ipso nomine *Πολυ-νείκης* exprimi, majorem seditionis culpam in hunc fratrum cadere.

At longe aliter res se habet in Atticis tragoediis. Apud Sophoclem certe atque Euripidem non modo culpa et superbia inter ambos fratres exaequatur, verum etiam Polynicis causa nonnumquam longe justior fingitur. cf. Oed. Col. 1295 sq. ubi Polynices sic loquitnr:

*ἀνθ' ὧν μ' Ἐτεοκλῆς, ὢν φύσει νεώτερος*
*γῆς ἐξέωσεν, οὔτε νικήσας λόγῳ* sqq.

et Eurip. Phoen. 72 sqq.

Cui rei exornandae Attici tragici tantam navant operam et unde tam insignem miserationem commovent, quod alterum fratrum mortuum summi honores sequuntur, alteri vero publico jussu quodvis funus in patrio solo recusatur, — ea res in integra mythorum serie justa poena extremae in patriam impietatis, non crudelis injustaque contumelia debebat apparere.

Aeschylus quidem nondum leve negotium duxit antiquam famam ad Atheniensium arbitrium conformare; qua propter quum Septem adversus Thebas doceret, ad antiquae Thebaidis mythum satis accurate se composuisse existimandus est. Bellum, quod Argivi heroes commoverant, injustum designat et ipsos principes hostilis exercitus superbia Deorum-

que contemtu plenos inducit et exagitat. Sed hac ipsa in re civibus suis minus placuisse Aeschylum gravi probatur testimonio, ipsius scilicet Dionysi, qui in Ranis Aristophanis quodammodo spectatorum personam agit judiciumque pronunciat. Quum enim in certamine, quod apud inferos Aeschylus et Euripides instituunt, ille insigne dramaticae suae artis documentum fabulam Septem adversus Thebas sic praedicat: (1022)

τοὺς ἕπτ' ἐπὶ Θήβας·
ὃ θεασάμενος πᾶς ἄν τις ἀνὴρ ἠράσθη δάϊος εἶναι,

hoc ipso nomine Dionysus graviter eum increpat:

τουτὶ μέν σοι κακόν εἴργασται· Θηβαίους γὰρ πεποίηκας
ἀνδρειοτέρους ἐς τὸν πόλεμον καὶ τούτου γ' οὕνεκα τύπτου *).

His in universum de fide, qua Attici Thebanos mythos tractaverint, praemonitis, in eum ipsum mythum, qui Euripideae fabulae quae Supplices inscribitur argumentum praebuit, diligentius inquiramus, et simul hujus tragoediae consilium explicemus.

Haec fere praecipua veterum sunt testimonia quae hunc mythum spectant:

---

*) Id potissimum displicuisse videtur, quod superbiam Argivorum heroum tantopere expinxit, ut virtus victorum Thebanorum eo magis illustraretur. Quod qua industria Euripides vitaverit, facillime deprehenditur. Simul hac occasione ita utitur, ut ipsa Aeschyli verba cum irrisione quadam traducat; quod studium jam aliis Euripideis fabulis est animadversum. (cff. Aesch. Choeph. et Eur. Elect. de vestigiis Orestis in tumulo patris). Simili modo atque apud Aeschylum illi septem duces recensentur ab Euripide quoque eorum recensus non omitittur, verum ita discribuntur ut non superbia, sed virtutes illorum respiciantur. (Supp. vv. 839—917). In Capaneo Aeschylus superbam ferociam severe exagitaverat, quem ipsius Jovis fulmina contemnentem facit; contra Euripides de eodem Capaneo praedicat:
ἥκιστα δ' ὄλβῳ γαῦρος ἦν
ἀψευδὲς ἦθος, εὐπροσήγορον στόμα
ἄκραντον οὐδὲν οὐδ' ἐς οἰκέτας ἔχων
similiter etiam reliqua se habent.

patriasque laudes imminuerent et corrumperent, operam dabant, idque eo efficacius, quod Attici ingenii auctoritas jam satis mature in Graecia praevalere coeperat. Imprimis Boeotorum asperitas quaedam morum et major corporis cura invidioso Atheniensium derisui largam materiem suppeditavit. Attamen re vera Boeotos antiquioribus temporibus ab omni musices cultu minime alienos fuisse certa sunt indicia; ipsarum Musarum eximia veneratio, Hesiodeorum vatum celebris schola, lyricorum, imprimis Pindari, laus. Sed jam (Ol. VI. 87) hic ipse Pindarus queritur falsum *ἀρχαῖον ὄνειδος, Βοιωτίαν ὗν* *), quod proverbium haud dubie ab Atticorum conviciis originem traxerat, sicut idem Pindarus alio loco ineptae cujusdam famae ortum sic explicat, *εἶπέ τις φθονερῶν γειτόνων.*

Quin etiam quod ad hanc Boeotorum *ἀμουσίαν* attinet, ipse mythus, quo Boeoti suas musices laudes cum gloriatione quadam exprimebant, Atticorum depravationem non fugit **). Ut Musarum primaria sedes in Helicone Boeotiae monte fingebatur, sic praeterea ad Boeotiam Minerva Musica referebatur. Huic deae enim inventrici id musices genus, quo maxime Boeoti excellebant, tibiarum cantum tribuebant, et in ea quidem regione unde ipsi praestantissimum tibiarum calamum, auleticum dictum, sumebant (Plin. h. n. XVI, 66), inventio quoque

---

*) Etiam in prooemio Hesiodeae theogoniae versus additur, cui similis significatio inest. In adlocutione enim Musarum ad Boeotium vatem hoc nunc legitur initium:

*ποίμενες ἄγραυλοι, κάκ' ἔλεγχεα, γάστερες οἶον.*

**) Manifesta quaedam Boeotiarum tibiarum irrisio apparet etiam in Aristophanis Acharnensibus. Boeotus quidam cum comitatu tibicinum in scenam prodit, quos ita alloquitur:

*ὑμὲς δ' ὅσοι Θείβαθεν αὐληταὶ πάρα*
*τοῖς ὀστίνοις φυσῆτε τὸν πρωκτὸν κυνός.*

Ad quae Atheniensis Dicaearchus exclamat: *παῦ' ἐς κόρακας.*

tibiarum collocabatur. Verum et simplicem mythum Pindarus nobis exhibet. Pyth. XII.

ἀλλ' ἐπεὶ ἐκ τούτων φίλον ἄνδρα πόνων (Perseum)
ἐρρύσατο, πάρθένος (Minerva) αὐλῶν τεῦχε πάμ-
φωνον μέλος

et duobus versibus interpositis

εὗρεν θεός· ἀλλά νιν εὑροῖσ' ἀνδράσι θνατοῖς ἔχειν sqq.

Jam vero quomodo Attici mythum de tibiarum inventione tradunt? Facile perspicitur invidiosa mutatio, qua simplicem hunc mythum Attici inverterint. Narrabant quidem Minervam primum tibias invenisse, sed neutiquam diu earum cantu esse gavisam; ob deformatam faciem tibias cum contemtu abjecisse, abjectas Phrygium Marsyam in suum ipsius damnum sumsisse (cf. de tibiarum inventionis mytho Boettiger Att. Mus. tom I. fasc. II).

Alterum exemplum, ubi Pindarus plane aliam famam atque Attici poetae exprimit, legitur in alio Pyth. carmine (IX, 79)

ἔγνων ποτὲ καὶ 'Ιόλαον
οὐκ ἀτιμάσαντά νιν ἑπτάπυλοι Θῆβαι· τὸν Εὐρυσ-
θῆος ἐπεὶ κεφαλάν
ἔπραθε φασγάνου ἀκμᾷ, κρύψαν ἔνερθ' ὑπὸ γᾶν
διφρηλάτα 'Αμφιτρύωνος
σάματι.

Facile ex his versibus intelligitur, etiam Thebanos ad patrias laudes retulisse, quod exsulibus Herculis filiis succurrissent. Id enim Pindari verba aperte significant, ad ipsas Thebas vel cum Thebano exercitu pugnam illam commissam esse, qua Jolai maxime integra fortitudine Heraclidae ab Eurysthei odiis servarentur. Nam si ea fama Pindaro obversata esset, quam Euripides Heraclidis tragoedia exposuit et insequentes mythographi receperunt, nullo pacto eum ita loqui potuisse, neminem fugiet illos versus diligentius reputantem; cf. Od. Müller. Dor. I. p. 55. Proleg. ad Myth. p. 25.

Sed transeamus ad eos Thebanos mythos, quibus arctior quaedam ratio cum eo ipso mytho, cujus accuratior investigatio primarium hujus disquisitionis consilium est, intercedat.

Quamquam dubitari nullo pacto potest, mythos illos verae Thebanae originis, qui Oedipodis filiorumque ejus fata spectabant, jam inde a primo ortu atque incunabulis horrendam quandam atrocitatem prae se tulisse, attamen pro certo affirmare licet, plurima simul his ipsis mythis celebrata fuisse, quae Thebanis summo honori essent et illa atrocia quodammodo obtegerent, liquido nobis persuadere possumus, Atticorum potissimum invidiosa opera factum esse, ut in Thebanis mythis hae laetae res temporum memoria minus commendarentur et eminerent, contra atrocitas illa, quae initio inerat, praecipue illustraretur et mirum quantum augeretur. Cui sententiae ut certa et diserta approbatio accedat, consideramus, quid in universum ex iis fontibus, ad quos nulla Atticae auctoritatis suspicio pertinet, de his Thebanis mythis intelligere liceat.

Jam ipse princeps Graecorum poetarum, Homerus, plane aliam atque Attici poetae de Oedipodis fatis famam est secutus. De incestis quidem nuptiis patrisque caede cum iis consentit; minime vero de Oedipodis caecitate et exsilio. Duo loci, ubi Oedipodis fata significantur, leguntur in Odysseae Lib. XI, 271—280 et Iliadis lib. XXIII, 679.

*Μητέρα τ' Οἰδιπόδαο ἴδον, καλὴν 'Επικάστην,*
*ἣ μέγα ἔργον ἔρεξεν ἀϊδρείῃσι νόοιο*
*γημαμένη ᾧ υἱεῖ· ὁ δ' ὃν πατέρ' ἐξεναρίξας*
*γῆμεν· ἄφαρ δ' ἀνάπυστα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισιν.*
*ἀλλ' ὁ μὲν ἐν Θήβῃ πολυηράτῳ ἄλγεα πάσχων,*
*Καδμείων ἤνασσε, θεῶν ὀλοὰς διὰ βουλάς·*
*ἡ δ' ἔβη εἰς 'Αΐδαο πυλάρταο κρατέροιο*

ἁψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου,
ᾧ ἄχεϊ σχομένη· τῷ δ' ἄλγεα κάλλιπ' ὀπίσσω
πολλὰ μάλ' ὅσσα τε μητρὸς 'Ερίνυες ἐκτελέουσιν.

altero loco de Euryali patre, Mecistheo, memoratur:

ὅς ποτε Θήβασδ' ἦλθε δεδουπότος Οἰδιπόδαο
ἐς τάφον· ἔνθα δὲ πάντας ἐνίκα Καδμείωνας.

Id omnium luculentissime ex hac duplice commemoratione apparet, secundum Homeri opinionem, etiam matre post incestum patefactum suspensa, Oedipum nihilominus Thebis regnum continuasse et ipsi mortuo ut regi justas exsequias esse concessas. Ac de genere quidem mortis Oedipodis singularis aliunde non nota fama Homero videtur obversata, nam quam interpretationem hujus versus ἦλθε δεδουπότος Οἰδιπόδαο ἐς τάφον Welkerus proponit improbandam putamus. Poeticam scilicet naturalis mortis dictionem illis verbis exprimi, ait, et interpretatur (Zimmermann. Schulzeitung. 1832. Abth. II. p. 105.) „als Oedipus niedergekracht, zusammengebrochen sei in das Grab". At ipse sermo et Homeri simplicitas longe magis commendant illam explicationem, quam etiam Scholiorum auctoritas tuetur et plerique probaverunt, secundum quam sic conjungimus verba ἦλθε Θήβασδ' ἐς τάφον δεδουπότος Οἰδιπόδαο, venit Thebas ad exsequias Oedipodis, qui bello occubuerat. Vox enim τάφος per tota Homeri carmina numquam sic invenitur, ut sepulcri notio inde appareat; ubique contra de exsequiis, quarum magna pars ludi funebres erant, intelligi potest. Meminisse juvat ultimi Iliadis versus: ὣς οἵ μὲν ἀμφίεπον τάφον Ἕκτορος coll. vv. antecc. cff. Il. ψ, 29, 619. Odyss. γ, 309. δ, 547. Sed etiamsi voci τάφος apud Homerum sepulcri notionem concedamus, nihilo minus similibus exemplis non adhibitis, δεδουπότος ἐς τάφον simplici moriendi notione ab Homero dici potuisse, dubitaverim; at de morte, quam proelii discrimen affert, bene se habere sim-

plicem vocem δεδουπεῖν alio Homeri versu probatur Il. XIII, 426; ubi Idomeneus aut aliquem ex Trojanis interficere cupit

ἢ αὐτὸς δουπῆσαι ἀμύνων λοιγὸν Ἀχαιοῖς.

Neque meliore jure quam hic etiam priore Odysseae loco Welkerus vulgaris mythi significationem videtur sibi repperisse. Scilicet hoc versu τῷ δ'ἄλγεα κάλλιπ' ὀπίσσω notam Oedipodis caecitatem significari putat. At vox ἄλγεα apud Homerum vix minus de externis doloribus, quam de animi aerumnis dicitur, praesertim vero de aerumna, qua dilecti hominis mors superstites afficit. cf. Il. XXII, 52 sq. XXIV, 522. Similis ratio etiam nostro loco apparet, ubi Epicastae mors Oedipo aerumnas efficit, et multas quidem, quum mortuae matris Erynnies simul eum vexarent.

Attici demum poetae Oedipodis caecitatem atque exsilium in mythum introduxerunt atque ut primariam quandam ejus partem quam maxime respexerunt, id quod praecipue Sophoclis fabulis factum esse videtur, certe apud Aeschylum nulla Oedipodis exsilii mentio invenitur. Vide excursum.

Aliud luculentum exemplum, qua industria Attici Thebanorum mythorum atrocitatem amplificaverint, prodit ex fragmento antiqui mythographi Pherecydis, fragm. ed. Sturz. LII, qui mythos quos tradit in patriis adhuc sedibus investigaverat. Hic enim narrat, infelix illud par fratrum filiasque, Antigonam et Ismenam, ex quorum duplice cum Oedipo cognatione Atticae tragoediae tam saepe horrorem miserationemque excitant, minime ex incestis nuptiis Oedipodis cum matre esse procreatos, sed altero matrimonio ex Eurygeneia natos.

Neque hujus rei fides hac sola narratione nititur. Pausanias (IX, 5, 5) picturam, quam Plataeis vidit, sic describit: καὶ Ὀνάτας Πλαταιᾶσιν

*ἔγραψε κατηφῆ τὴν Εὐρυγάνειαν ἐπὶ τῇ μαχῇ τῶν παίδων.* Haud dubie jam ipse Onatas, qui circa Olympiadem LXXX floruit hoc nomen adscripserat.

Quod jam ad ipsum bellum septem Argivorum heroum adversus Thebas attinet antiqua et Thebana fama Thebarum gloriae quam maxime consulere debebat atque hoc eo carmine antiquissimo, quod has res complectebatur, cyclica Thebaide, factum esse, jam inde concludere licet, quod poeta hoc carmen Thebanis composuisse et Thebis primum recitasse traditur. (Paus. IX, 9, 5. Plut. v. Hom. c. 4.). Unum modo praeter illud quo maxime tendo exemplum ex hac mythorum serie proferam, quo clarius pateat, quomodo hic quoque Attica mythi conformatio Thebanae gloriae inviderit.

Etiam nullo diserto testimonio servato, jam ex ipsa rei conditione liquido affirmari posset, si apud Thebanos ipsos primordia mythi de expeditione Argivorum heroum Thebarumque obsidione orta atque exculta sunt, veram causam originemque belli haud quaquam ab aliquo Thebanorum crimine petitam, sed totam ad hostium culpam et superbiam fuisse relatam, haud aliter atque Iliaci belli universa culpa ad Trojanorum fraudem redit. Sed hac de re disertis testimoniis non caremus. Hellanici enim fragmentum originem belli sic explicat schol. ad Phoen. v. 71: *κατὰ συνθήκας Πολυνείκην συγχωρῆσαι τὴν βασιλείαν Ἐτεοκλεῖ, λέγων αἵρεσιν αὐτῷ προθεῖναι τὸν Ἐτεοκλῆ, εἰ βούλοιτο τὴν βασιλείαν ἔχειν, ἢ τὸ μέρος τῶν χρημάτων λαβεῖν καὶ ἑτέραν πόλιν οἰκεῖν· τὸν δὲ λαβόντα τὸν ὅρμον παραχωρῆσαι.* — Polynici etiam aliud antiquissimum monumentum majorem belli culpam tribuit. In memorabili mythorum serie, quam arca Cypseli exhibebat, singulare quoque certamen Thebanorum

fratrum expressum conspiciebatur, quod Pausanias hisce describit: *Τῶν δὲ Οἰδίποδος παίδων Πολυνείκει πεπτωκότι ἐς γόνυ ἔπεισιν Ἐτεοκλῆς· τοῦ Πολυνείκους δὲ ὄπισθεν ἕστηκεν ὀδόντας τε ἔχουσα οὐδέν ἡμερωτέρους θηρίου, καὶ οἱ τῶν χειρῶν εἰσιν ἐπικαμπεῖς οἱ ὄνυχες· ἐπίγραμμά δὲ ἐπ᾽ αὐτῇ εἶναί φασι Κῆρα.* Verum hujus imaginis sensum Welkerus perspexisse videtur; interpretationem plane contrariam dederat Pausanias. Quae uni Polynici adstabat *Κῆρ* culpam ejus et meritam poenam significare debebat. Recte etiam jam ab aliis est annotatum, ipso nomine *Πολυ-νείκης* exprimi, majorem seditionis culpam in hunc fratrum cadere.

At longe aliter res se habet in Atticis tragoediis. Apud Sophoclem certe atque Euripidem non modo culpa et superbia inter ambos fratres exaequatur, verum etiam Polynicis causa nonnumquam longe justior fingitur. cf. Oed. Col. 1295 sq. ubi Polynices sic loquitur:

*ἀνθ᾽ ὧν μ᾽ Ἐτεοκλῆς, ὢν φύσει νεώτερος*
*γῆς ἐξέωσεν, οὔτε νικήσας λόγῳ* sqq.

et Eurip. Phoen. 72 sqq.

Cui rei exornandae Attici tragici tantam navant operam et unde tam insignem miserationem commovent, quod alterum fratrum mortuum summi honores sequuntur, alteri vero publico jussu quodvis funus in patrio solo recusatur, — ea res in integra mythorum serie justa poena extremae in patriam impietatis, non crudelis injustaque contumelia debebat apparere.

Aeschylus quidem nondum leve negotium duxit antiquam famam ad Atheniensium arbitrium conformare; qua propter quum Septem adversus Thebas doceret, ad antiquae Thebaidis mythum satis accurate se composuisse existimandus est. Bellum, quod Argivi heroes commoverant, injustum designat et ipsos principes hostilis exercitus superbia Deorum-

que contemtu plenos inducit et exagitat. Sed hac ipsa in re civibus suis minus placuisse Aeschylum gravi probatur testimonio, ipsius scilicet Dionysi, qui in Ranis Aristophanis quodammodo spectatorum personam agit judiciumque pronunciat. Quum enim in certamine, quod apud inferos Aeschylus et Euripides instituunt, ille insigne dramaticae suae artis documentum fabulam Septem adversus Thebas sic praedicat: (1022)

*τοὺς ἕπτ' ἐπὶ Θήβας·*
*ὃ θεασάμενος πᾶς ἄν τις ἀνὴρ ἠράσθη δάϊος εἶναι,*

hoc ipso nomine Dionysus graviter eum increpat:

*τουτὶ μέν σοι κακὸν εἴργασται· Θηβαίους γὰρ πεποίηκας*
*ἀνδρειοτέρους ἐς τὸν πόλεμον καὶ τούτου γ' οὕνεκα τύπτου* *).

His in universum de fide, qua Attici Thebanos mythos tractaverint, praemonitis, in eum ipsum mythum, qui Euripideae fabulae quae Supplices inscribitur argumentum praebuit, diligentius inquiramus, et simul hujus tragoediae consilium explicemus.

Haec fere praecipua veterum sunt testimonia quae hunc mythum spectant:

---

*) Id potissimum displicuisse videtur, quod superbiam Argivorum heroum tantopere expinxit, ut virtus victorum Thebanorum eo magis illustraretur. Quod qua industria Euripides vitaverit, facillime deprehenditur. Simul hac occasione ita utitur, ut ipsa Aeschyli verba cum irrisione quadam traducat; quod studium jam aliis Euripideis fabulis est animadversum. (cff. Aesch. Choeph. et Eur. Elect. de vestigiis Orestis in tumulo patris). Simili modo atque apud Aeschylum illi septem duces recensentur ab Euripide quoque eorum recensus non omitittur, verum ita discribuntur ut non superbia, sed virtutes illorum respiciantur. (Supp. vv. 859—917). In Capaneo Aeschylus superbam ferociam severe exagitaverat, quem ipsius Jovis fulmina contemnentem facit; contra Euripides de eodem Capaneo praedicat:
ἥκιστα δ' ὄλβῳ γαῦρος ἦν
ἀψευδὲς ἦθος, εὐπροσήγορον στόμα
ἄκραντον οὐδὲν οὐδ' ἐς οἰκέτας ἔχων
similiter etiam reliqua se habent.

Homerus nusquam de omnium septem heroum sepultura quidquam exponit; de eorum interitu haec modo Diomedem dicentem facit (Il. IV, 409):

Κεῖνοι δὲ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο.

At Tydei sepulturae accurata obvenit commemoratio, ex qua in ceteros principes, qui eodem bello ceciderant, bene concludi posse videtur. Diomedes patrem commemorans haec addit (Il. XIV, 114):

Τυδέος, ὃν Θήβῃσι χυτὴ κατὰ γαῖα κάλυψεν.

Zenodotus quidem aliique critici hunc versum obelo notaverunt, ut scholia produnt, sed hac in re eorum auctoritati non obsequendum esse videtur, quum falsa ratio, quae haud dubie sola hic censuram eorum ducebat, facile perspiciatur. Versum istum amovere studebant, quippe qui mythologiae, quam Alexandrini ex Atticis maxime poetis componebant, repugnaret, nam ceteroquin ille versus bene pertinet in connexum totius loci.

Neque vero iste mythus, Argivos heroes in ipsa Thebana terra, qua ceciderant, esse sepultos uno hujus versus testimonio nititur. Quid antiqua Thebais de hac re tradiderit, pro certo quidem definiri non potest, sed veri simillimum est, non magnopere recessisse a Thebaidis narratione Pindarum, a quo patriam famam probatam dubitari vix potest. Hic vero non minus quam ille versus Homericus alienus est a seriore fama et aperte significat, occisos heroes in ipsa Thebana terra esse combustos. Duobus locis hujus rei injicit mentionem:

Olymp. VI, 15 sq.

Ἑπτὰ δ'ἔπειτα πυρᾶν νεκρῶν τελεσθέντων Ταλαϊονίδας

εἶπεν ἐν Θήβαισι τοιοῦτόν τι ἔπος·

Sive ἑπτὰ ad πυρᾶν, sive, quod magis placet, ad νεκρῶν refers Thebis sepulturam heroum esse insti-

tutam clare inde patet, quod Adrastus Thebis hac occasione locutus esse traditur. Admodum probabilis videtur Welkeri conjectura, celebrata illa Adrasti facundia secundum antiquum mythum fuisse effectum, ut Thebani interfectis hostibus justam sepulturam non inviderent.

Alter Pindari locus (Nem. IX, 22) eandem de sepultura heroum sententiam exhibet, postquam vv. antecedentibus infausta expeditionis omina memorata sunt:

*'Ισμηνοῦ δ' ἐπ' ὄχθαισι γλυκὺν*
*νόστον ἐρυσσάμενοι λευκανθέα σώματ' ἐπίαναν*
*καπνόν·*
*ἑπτὰ γὰρ δαίσαντο πυραὶ νεογυίους φῶτας.*

Rogi ad Ismeni litus idem exprimunt, quod prior locus *ἐν Θήβαισι* dixerat.

Plane diverse ac Pindarus aequalis fere Aeschylus mythum de sepultura heroum civibus suis singulari tragoedia, quae *'Ελευσίνιοι* inscripta erat, exhibuit, quae fabula haud dubie in trilogiae nexu Septem adversus Thebas excepit. Universam Aeschyleae fabulae rationem Plutarchus vita Thesei (c. XXIX) proponit. Theseus oratione et pacto corpora a Thebanis recipit, et Eleusini sepultura afficit. Eadem, fortasse Aeschyli auctoritatem secutus, Philochorus exposuit*).

Idem argumentum singulari iterum tragoedia

---

*) Theseus c. 29: συνέπραξε δὲ (sc. Theseus) καὶ 'Αδράστῳ τὴν ἀναίρεσιν τῶν ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ πεσόντων, οὐχ, ὡς Εὐριπίδης ἐποίησεν ἐν τραγῳδίᾳ, μάχῃ τῶν Θηβαίων κρατήσας, ἀλλὰ πείσας καὶ σπεισάμενος· οὕτω γὰρ οἱ πλεῖστοι λέγουσι· Φιλόχορος δὲ καὶ σπονδὰς περὶ νεκρῶν ἀναιρέσεως γενέσθαι πρώτας ἐκείνας. Ὅτι δὲ Ἡρακλῆς πρῶτος ἀπέδωκε νέκρους τοῖς πολεμίοις, ἐν τοῖς περὶ Ἡρακλέους γέγραπται. Ταφαὶ δὲ τῶν μὲν πολλῶν ἐν Ἐλευθεραῖς δεικνῦνται, τῶν δὲ ἡγεμόνων περὶ Ἐλευσῖνα, καὶ τοῦτο Θησέως Ἀδράστῳ χαρισαμένου. Καταμαρτυροῦσι δὲ τῶν Εὐριπίδου Ἱκετίδων οἱ Αἰσχύλου Ἐλευσίνιοι, ἐν οἷς καὶ ταῦτα λέγων ὁ Θησεὺς πεποίηται. cf. C. G. Müller de Aeschyli Sept. c. Th. Gott. 1836 p. 57.

tractavit Euripides, quae ad nostram aetatem pervenit, Supplicibus. Eleusini quidem sepulturam septem heroibus contigisse etiam Euripides fingit, sed plane differt, quod non gratia et pacto, sed vi armisque demum Thebani a Theseo eo adducuntur, ut sepulturam permittant. Sed quo minus statuamus, cujus rei Eurides saepissime arguitur, etiam hac in fabula suo ipsius ingenio mythi formam paullulum convertisse, disertum et antiquius obstat testimonium. Herodotus enim (IX, 17) Athenienses, qui ante pugnam Plataeensem patriae laudes commemorant, ita hunc ipsum mythum referentes facit: *στρατευσάμενοι ἐπὶ τοὺς Καδμείους, ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς φαμεν καὶ θάψαι ἐν Ἐλευσῖνι.* Ceterum haec mythi conformatio apud posteros praevaluit. Attici oratores eodem modo rem exponunt. cf. Isocr. Panath. Lysias epitaph. Etiam continui mythorum libri eam receperunt Apollod. III, 7, 1. Diodor. IV, aliique.

Quamquam nondum antiqua artis monumenta prodierunt, quae mythum de sepultura septem heroum exhibent, tamen ex imagine quam Philostratus descripsit, apparet, etiam antiquos artifices Atticae famae esse obsequutos (II, 29).

Pausaniae temporibus antiquissima et patria hujus mythi forma apud ipsos Thebanos evanuerat, et quamquam contumeliam, quam ea mythi conformatio, quae postremo loco enarrata est, iis afferre debebat, non profitebantur, tamen jam satis habebant, rem sic exposuisse, ut Aeschylus exhibuerat: *Θηβαῖοι δὲ τὴν ἀναίρεσιν τῶν νεκρῶν ἐθελονταὶ λέγουσι δοῦναι, καὶ συνάψαι μάχην οὔ φασιν.* (Attic. c. XXIX, 2.)

Tres igitur satis diversas formas mythi de sepultura septem heroum antecedente expositione vidimus: unam antiquam et mere Thebanam, duas *Attica* auctoritate affectas, simulque tres earum

locupletes testes, Pindarum, Aeschylum, Euripidem. Jam vero hujus mutationis fontem et causas aperire atque explicare conabimur; cujus quidem rei facilem probabilemque successum non temere sperare videmur, quum nostra explicatio ea nitatur dispiciendi ratione, quae ad mythorum originem demonstrandam simplicissimum adhibeat connexum. Eam scilicet explicationem dico, quae mythi alicujus originem ex insequentium temporum universa quadam opinione, more, instituto ita repetit, ut verae historiae imago quodammodo jam in ipsis mythis adspiciatur. Luculenta exempla huc pertinentia tam nota sunt, ut sine ambagibus statim experiri licet, quomodo haec explicandi ratio mytho proposito succurrat.

Satis constat, quam religiose Graeca humanitas ab omni mortuorum contumelia abhorruerit; quin etiam ipsis caesis hostibus irridere nefas habebatur. Notum est dictum illud: *οὐ γὰρ ἐσθλά, κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσιν.* Jam in Odyssea eadem sententia pulcherrime est expressa (XXII, 412):

*οὐχ ὁσίη, κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν ευχετάασθαι.*

Neque vero sola memoria mortuorum, sed etiam corpora tali religione protegebantur, atque in corpora interfectorum hostium saevire immanitas maxime Graecis indigna putabatur. Una egregia vox Spartani Pausaniae, quam Herodotus servavit, in locum multorum exemplorum sufficit. Etenim quum Persis Plataeensi pugna devictis atque ipso duce Mardonio interfecto Aegineta quidam ad Pausaniam accederet eumque hortaretur, ut in ultionem Leonidae, cujus corpus Xerxes indigna contumelia affecisset, nunc par pari referens in Mardonii corpus insultaret, vehementer eum increpat Pausanias atque haec pronunciat:

*Τὰ πρέπει μᾶλλον βαρβάροισι ποιέειν ἤπερ Ἕλλησι.*

Quae quum ita sint, facile perspicitur, quam sanctum fuerit officium victori, post commissum proelium corpora interfectorum hosti petenti sine ulla conditione sepelienda concedere, et sexcenta Graecae historiae exempla ostendunt, haud quaquam etiam inter maxime infensos et iratos hostes ab hac religione esse recessum. Quamquam exstant pauca exempla, ubi hanc communem et sanctam Graeciae legem neglectam videmus, quae quidem exempla ad unum fere omnia a Boeotis profecta invenimus. Insigne talis inhumanitatis exemplum in Thebarum liberatione accidisse traditur. (Plut. de gen. Socr. p. 360). Quum conjurati invisum carceris custodem necassent, ipsae mulieres corpus mortui summis adhuc contumeliis affecerunt, (ᾧ καὶ ἐπενέβησαν καὶ προσέπτυσαν οὐκ ὀλίγαι γυναῖκες).

Sed videamus, quo modo adversus hostes superatos egerint? Tres maxime innotuerunt victoriae, quas sua in terra Thebani reportaverunt, ad Delium, ad Haliartum, ad Leuctra, atque in his omnibus non nisi certis conditionibus sepulturam caesorum hostium permiserunt, cujus rei simile tota Graeca historia non reperitur. Post Leuctricam pugnam Thebani Lacedaemoniis corpora suorum repetentibus hanc legem imponebant, ut Spartani et socii seorsum suos sepelirent. (Paus. IX, 13.) Insolentius etiam suis victoriis ad Delium et ad Haliartum sunt abusi. Quum enim Athenienses ad Delium superati ad Boeotos caduceatorem mitterent corpora repetitum, hi traditionem corporum recusaverunt, dum Athenienses adhuc in solo Boeotio remanerent, atque re vera in hac sententia perseverarunt; sedecim demum diebus post proelium, Delio recepto Atheniensibus corpora civium concesserunt. (Thuc. IV, 100 sq.)

Eundem agendi modum in Spartanos quoque

post proelium ad Haliartum commissum adhibuerunt, ut ex Xenophontis verbis clare elucet. (Hell. III; 5, 24) ἔδοξε τοῖς Λακεδαιμονίοις, τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀναιρεῖσθαι. Οἱ μέντοι Θηβαῖοι εἶπον, ὅτι οὐκ ἂν ἀποδίδοιεν τοὺς νεκρούς, εἰ μὴ ἐφ' ᾧ τε ἀπιέναι ἐκ τῆς χώρας.

Ex insignibus his ejusdem rei exemplis, quae modo sunt prolata, liquido colligi posse videtur, etiam aliis temporibus, quum similis occasio obveniret, pari modo egisse Thebanos; id quod non alia civitas saepius experiri poterat, quam finitima Attica, cujus antiqua et continua cum Boeotis bella supra indicavi. Sic facillime evenit ea quam memoravi mythorum origine, ut atrocis et insolentis hujus Thebanorum moris primordia jam ex ipsis mythicis repeterentur temporibus *). Sed ubinam veri similius et commodius hoc annecti poterat, quam ad primam in sua terra a Thebanis reportatam victoriam, cujus quidem accuratior memoria esset servata? Haec erat victoria, qua expeditionem septem Argivorum heroum a patria repulsaverant. Simul vero hac mythorum conformatione illa quoque opportunitas Atheniensibus contigit, ut supersederent se ipsos victos illa contumelia affectos profiteri, contra Thebanorum atrocitati clarius opponere possent Atticam humanitatem. Thebani insolentia et superbia elati jus fasque violare non dubitant, dum suae ultioni consulant; Athenienses vero sola juris reverentia commoti commu-

---

*) Plane similis explicatio alius quoque Thebani mythi originem aperit. Ex multis veterum scriptorum locis constat, quam pervulgata tota Graecia fuerit infamia venerei in pueros amoris apud Thebanos, qua etiam notissima Thebanorum instituta non omnino carebant. cf. Aelian. V. H. XIII, 5. ib interpr. et Plut. v. Pelop. c. 19. Qui mos quum ad mythicam antiquitatem referretur, fabula exculta est, omnium primum Laium tale flagitium commisisse Pelopis filio, Chrysippo, vitiato et rapto.

nem Graeciae legem sustinere student. Accessit, quod hac occasione in popularem suum heroem Theseum similes atque in Herculem laudes conferre poterant; cujus rei quam studiosi fuerint, satis constat. Inter Herculis laudes vero etiam illud praedicabatur, quod princeps Graecorum morem instituit, ut corpora eorum, qui proeliis ceciderant, suis redderentur. (Plut. Thes. c. 29. Aelian. V. H. XII).

Dixerit fortasse quispiam, cur Eleusis potissimum in hoc mytho locum obtineat. Hujus rei causa nescio an sic explicetur. Eleusis in ea sita regione erat, ubi facillime Athenienses cum Boeotis ad acerrimas et continuas pugnas descenderent; etenim non modo in ipsis confiniis jacebat, sed etiam vicina erat Eleutheris et Plataeis, quae praecipue bellis occasionem dabant. Potuit etiam fieri, ut cenotaphium quoddam, cujus vera memoria evanuerat, septem heroibus assignaretur. Quam facillime vero de cenotaphiis falsa quaedam fama obtinuerit, perspicuo exemplo monet Herodotus (IX, 85). Nempe quaedam civitates, quae pugnae Plataeensi non interfuerant, nihilominus tumulos sibi exstruunt; τῶν ἐπιγινομένων εἵνεκεν ἀνθρώπων scriptor addit.

Ubi vero semel pro comperto habitum est, septem heroes Theseo auctore in Attica esse sepultos, mirum videri non potest, hanc rem apud Athenienses varie esse exornatam. Tempore progrediente non amplius ea gloria erant contenti, quae inde ad eos redundaret, quod Theseus oratione et gratia illud perfecisset, sed gloriosiorem putabant famam, Atheniensium periculo et fortitudine esse perpetratum, ut Thebani sua atrocitate desisterent.

Jam igitur, universi mythi origine et conformatione explicata, in peculiarem Euripidis fabulam,

quae tota in hoc ipso mytho versatur, inquiremus, num argumentum certo quodam consilio in ista tragoedia sit exhibitum. Qua quaestio arctissime cohaeret cum universa politica illius fabulae ratione, cujus quidem accurata consideratio ad mythicum quoque argumentum rectius intelligendum deducit. Ceterum, ut hoc statim dicam, Aeschyli Eumenidibus fortasse excepta nulla ex omnibus Graecis tragoediis, quae quidem nobis sunt servatae, tam perspicue nobis ostendit, quam intimae rationes tragoediis cum publicis civitatis rebus intercesserint.

Euripidis Supplices quo anno acta sit, diserta mentio neque didascalia neque scholiis proditur, sed secundum argumenta, quae ipsa fabula praebet, cum alii, tum maxime Boeckhius statuerunt, circa annum quartum Olympiadis LXXXIV eam primum in scenam esse productam. Patet enim, in id tempus hanc tragoediam incidere, quo de amicitia et societate inter Athenienses et Argivos imprimis ageretur. Hoc enim summo cum studio poetam respexisse, non obscure significatur his versibus, quibus antiquum harum civitatum foedus in mythica usque tempora reducit atque ita describit: (1197 sq.)

*ὁ δ' ὅρκος ἔστω, μή ποτ' Ἀργείους χθόνα*
*εἰς τήνδ' ἐποίσειν πολέμιον παντευχίαν*
*ἄλλων δ' ἰόντων ἐμποδὼν θήσειν δόρυ.*

Anno decimo belli Peloponesiaci induciae quinquaginta annorum, quibus Nicianae pacis nomen plerumque datur, inter Lacedaemonios et Athenienses factae sunt, sed minime sic generalis totius Graeciae quies sequebatur. Boeoti maxime hujus foederis participes fieri abnuebant, et separatim inducias *δεχημέρους* modo cum Atheniensibus inibant. Lacedaemoniis vero nova pericula ab Argivis imminebant, quum veteres inducia ad finem veergerent.

nem Graeciae legem sustinere student. Accessit, quod hac occasione in popularem suum heroem Theseum similes atque in Herculem laudes conferre poterant; cujus rei quam studiosi fuerint, satis constat. Inter Herculis laudes vero etiam illud praedicabatur, quod princeps Graecorum morem instituit, ut corpora eorum, qui proeliis ceciderant, suis redderentur. (Plut. Thes. c. 29. Aelian. V. H. XII).

Dixerit fortasse quispiam, cur Eleusis potissimum in hoc mytho locum obtineat. Hujus rei causa nescio an sic explicetur. Eleusis in ea sita regione erat, ubi facillime Athenienses cum Boeotis ad acerrimas et continuas pugnas descenderent; etenim non modo in ipsis confiniis jacebat, sed etiam vicina erat Eleutheris et Plataeis, quae praecipue bellis occasionem dabant. Potuit etiam fieri, ut cenotaphium quoddam, cujus vera memoria evanuerat, septem heroibus assignaretur. Quam facillime vero de cenotaphiis falsa quaedam fama obtinuerit, perspicuo exemplo monet Herodotus (IX, 85). Nempe quaedam civitates, quae pugnae Plataeensi non interfuerant, nihilominus tumulos sibi exstruunt; *τῶν ἐπιγινομένων εἵνεκεν ἀνθρώπων* scriptor addit.

Ubi vero semel pro comperto habitum est, septem heroes Theseo auctore in Attica esse sepultos, mirum videri non potest, hanc rem apud Athenienses varie esse exornatam. Tempore progrediente non amplius ea gloria erant contenti, quae inde ad eos redundaret, quod Theseus oratione et gratia illud perfecisset, sed gloriosiorem putabant famam, Atheniensium periculo et fortitudine esse perpetratum, ut Thebani sua atrocitate desisterent.

Jam igitur, universi mythi origine et conformatione explicata, in peculiarem Euripidis fabulam,

quae tota in hoc ipso mytho versatur, inquiremus, num argumentum certo quodam consilio in ista tragoedia sit exhibitum. Qua quaestio arctissime cohaeret cum universa politica illius fabulae ratione, cujus quidem accurata consideratio ad mythicum quoque argumentum rectius intelligendum deducit. Ceterum, ut hoc statim dicam, Aeschyli Eumenidibus fortasse excepta nulla ex omnibus Graecis tragoediis, quae quidem nobis sunt servatae, tam perspicue nobis ostendit, quam intimae rationes tragoediis cum publicis civitatis rebus intercesserint.

Euripidis Supplices quo anno acta sit, diserta mentio neque didascalia neque scholiis proditur, sed secundum argumenta, quae ipsa fabula praebet, cum alii, tum maxime Boeckhius statuerunt, circa annum quartum Olympiadis LXXXIV eam primum in scenam esse productam. Patet enim, in id tempus hanc tragoediam incidere, quo de amicitia et societate inter Athenienses et Argivos imprimis ageretur. Hoc enim summo cum studio poetam respexisse, non obscure significatur his versibus, quibus antiquum harum civitatum foedus in mythica usque tempora reducit atque ita describit: (1197 sq.)

*ὁ δ' ὅρκος ἔστω, μή ποτ' Ἀργείους χθόνα*
*εἰς τήνδ' ἐποίσειν πολέμιον παντευχίαν*
*ἄλλων δ' ἰόντων ἐμποδὼν θήσειν δόρυ.*

Anno decimo belli Peloponesiaci induciae quinquaginta annorum, quibus Nicianae pacis nomen plerumque datur, inter Lacedaemonios et Athenienses factae sunt, sed minime sic generalis totius Graeciae quies sequebatur. Boeoti maxime hujus foederis participes fieri abnuebant, et separatim inducias *δεχημέρους* modo cum Atheniensibus inibant. Lacedaemoniis vero nova pericula ab Argivis imminebant, quum veteres inducia ad finem veergerent.

Callide igitur Spartani Boeotis persuadere studebant, ut prius cum Argivis foedere facto ipsos deinde in communem societatem reciperent; ita enim in posterum ab omni Atheniensium metu se tutos fore sperabant. Quae cum minus Spartanis cessissent, id potissimum agere debebant, ut Argivi duntaxat quam maxime ab omni societate separarentur. Itaque sinceram cum Athenis amicitiam cupiebant et quae huic praesertim obstabant odia Boeotorum removere conabantur. Hoc rerum statu Atheniensibus duplex agendi modus patebat: aut Niciana pax religiose erat observanda et hunc in finem etiam cum Boeotis in gratiam redeundum; aut intima cum Argivis societas erat confirmanda, quamvis sic novi belli adversus Spartanos occasio minaretur. Et huic et illi consilio Athenis factio quaedam magnopere favebat. Ei factioni, quae Spartanorum amicitiam praeferendam censebat, addicti fuerunt Nicias atque Aristophanes, qui Pace comoedia aperte hanc commendat. Quam imprudenter, ait, Athenienses et Spartani inter se bellum commovent:

*ἐξὸν σπεισαμένοις κοινῇ τῆς Ἑλλάδος ἄρχειν.*

Spartanos ob sincerum pacis studium laudat. (478)

*ἀλλ' οἱ Λάκωνες, ὦγαθ' ἕλκουσ' ἀνδρικῶς.*

Argivos contra ob ambiguitatem vehementer increpat: (475)

*ἀλλ' οἵδε γ' εἷλκον οὐδὲν ἀργεῖοι πάλαι*
*ἀλλ' ἢ κατεγέλων τῶν ταλαιπορουμένων*
*καὶ ταῦτα δίχοθεν μισθοφοροῦντες ἄλφιτα.*

Alterius vero factionis a partibus erant inter alios ii, quibus viri quos modo dixi semper oppugnabant, Alcibiades et Euripides. Quemadmodum igitur Aristophanes Pace comoedia cives ad sinceram cum Spartanis societatem hortabatur, sic Euripides Supplicibus fabula non minus diserte intimam cum Argivis amicitiam commendabat, quod jam ex solis

istis versibus supra allatis luculenter apparet. Quantulum contra faveat Spartanis unus hic versus docet (189)

*Σπάρτη μὲν ὠμή, καὶ πεποίκιλται τρόπους.*

At non tam Sparta quam potius Thebae hac fabula invidiose perstringuntur; sed si illorum temporum statum accuratius consideraverimus, hoc non temere factum esse facile intelligetur. Cum Spartanis specie quidem certa erat pax, cum Boeotis dubia tantum et parum fida belli intermissio. Neque quidquam sincerae et intimae societati cum Lacedaemoniis ineundae tantopere obstabat, quam haec ipsa Atheniensium in Boeotos simultas, quam si quis magno studio accendebat augebatque, eo ipso efficacissime Spartanorum amicitiam labefaciebat et dissuadebat itaque circuitione quadam Argivum foedus commendabat. Ceterum multo facilius erat Atheniensium animos contra Thebanos quam contra Spartanos irritare. Accessit quod eo ipso tempore quo Euripides Supplices docuit, singulari quodam casu, odia Atheniensium in Boeotos nova incrementa ceperant. Octavo enim belli Peloponesiaci anno (Ol. LXXXIX, 2) Athenienses magna pugna ad Delium devicti sunt a Boeotis; post quam cladem eam adhuc contumeliam perpessi sunt, ut traditio corporum aliquamdiu recusaretur. Quid igitur iram Atheniensium vehementius commovere debebat, quam memoria hujus cladis et atrocitatis redintegrata? Nihil vero ad hunc finem aptius fingi poterat, quam argumentum, quod Euripides Supplicibus explicuit, quo ea ipsa insolens atrocitas duobus fere annis ante accepta vividissimis coloribus expressa fuit. Neque in hac generali et aperta argumenti significatione sese continuit poeta, sed quam saepissime diserte profitetur, quo hujus fabulae consilium maxime pertineat. Quoties

enim Euripides commemorat, quam atrociter et impie et praeter omnem Graecorum morem Thebani in corpora Argivorum heroum egerint, toties diserte cives ipsorum calamitatis memores facit, ac simul monet, ne cum natione tantae immanitatis arctiorem ineant societatem. Quod quo magis appareat, locos tragoediae, ubi aperta hujusmodi commemoratio inveniatur, proponam; ipsa ejusdem rei repetitio ostendit, quam consulto sit instituta:

v. 17 sq. οὐδ' ἀναίρεσιν
δοῦναι θέλουσι, νόμιμ' ἀτίζοντες θεῶν.

v. 13. Theseus admonetur
νόμιμά τε πάσης συγχέοντας Ἑλλάδος παῦσαι.

v. 529 ipse Theseus profitetur,
θάψαι δικαιῶ τὸν Πανελλήνων νόμον σώφωο.

et paullo post (v. 540). Thebanum hisa increpat
δοκεῖς κακουργεῖν Ἄργοσ οὐ θάπτων νεκρούς;
ἥκιστα πάσης Ἑλλάδος κοινόν τόδε,
εἰ τοὺς θανόντας νοσφίσας, ὧν δεῖ λαχεῖν
ἀτάφους τις ἕξει.

v. 565 νόμος παλαιὸς δαιμόνων διεφθάρη.

v. 672 ἥμεῖς ἥκομεν τεκνοὺς μέτα
θάψαι θέλοντες, τὸν Πανελλήνων νόμον
σώζοντες.

Jam si summam nostrae disputationis comprehendimus haec evicisse nobis videmur: ille mythus, quo Thebani corpora Argivorum heroum sepultura prohibuisse dicuntur et Atheniensium demum opera haec effecta esse, non est antiquissimus, sed Attica conformatione ortus; deinde Euripides hunc ipsum mythum Supplicibus tragoedia civibus eo consilio exposuit, ut similis contumeliae, quam ipsi paullo ante ad Delium accepissent, et Thebanorum atrocitatis eos admoneret, et sic a societate Boeotorum dehortaretur, Argivorum contra veterem commendaret amicitiam.

# Excursus ad pag. 13.

Supra paucis tantum attigimus quaestionem, quam diversa ratione ab antiquioribus et a tragicis poetis Oedipodis fata tradantur. Quum autem ad totius hujus Thebani mythi connexum accuratius perspiciendum illud maximi sit momenti, in quo tempore antiquiora carmina mortem Oedipodis posuerint, hanc disquisitionem separatim hic addimus. Qua cum quaestione arctissime cohaeret altera, utrum secundum antiquiorem famam Oedipus regnum usque ad obitum retinuerit, an vivus adhuc filiis regnum tradiderit, et Thebis remanserit, nam exsilium ejus, meram Atticorum fictionem, huc haud quaquam pertinere jam diximus.

Euripidis Phoenissae, quae fabula satis diverse ac reliquae Labdacidarum historiam tractat et antiquae Thebaidis vestigia pressisse nonnullis videtur, res ita constituunt. Vivo adhuc infelice patre, qui Thebis custoditur, Eteocles et Polynices de regno obtinendo certant et mutua caede cadunt *).

Si igitur integrae Thebaidis fides hic agnoscitur, mors Oedipodis ludique funebres, de quibus mox dicemus, ipsis duobus Thebanis bellis medii interponuntur. Jam videamus quam apte ad hanc opinionem conveniant certa illa indicia ex antiquissimis autoribus petita, quae huc referenda sunt. Odysseae quidem locus *πολλὰ ἄλγεα πάσχων Καδ-*

---

*) V. 63. Ἐπεὶ δὲ τέκνων γένυς ἡμῶν σκιάζεται,
Κλῄθροις ἔκρυψαν πατέρα —
Ζῶν δ' ἔστ' ἐν οἴκοις.

*μείων ἤνασσε* non repugnat; sed idem non difficilius alteri quoque sententiae accommodatur, neque quidquam certi definit. Graviores dijudicandi rationes petendae sunt ex significatione, quam alius Homeri locus Hesiodique fragmentum suppeditant.

Il. XXIII, 676. *Εὐρύαλος δέ οἱ οἶος ἀνίστατο, ἰσόθεος φὼς,*
*Μηκιστέος υἱὸς Ταλαϊονίδαο ἄνακτος,*
*ὅς ποτε Θήβασδ' ἦλθε δεδουπότος Οἰδιπόδαο*
*ἐς τάφον· ἔνθα δὲ πάντας ἐνίκα Καδμείωνας.*

Scholia Venetiana ad hos versus hoc annotant:
*ἡ διπλῆ, ὅτι ἐπὶ τοῦ Μηκιστέως ἀκουστέον, οὐκ ἐπὶ τοῦ Εὐρυάλου, ὡς ὁ Κράτης. —*
*ὅτι βασιλεύοντα ἐν Θήβαις φησὶν ἀπολέσθαι, οὐχ ὡς οἱ νεώτεροι· καὶ Ἡσίοδος δέ φησιν ἐν Θήβαις αὐτοῦ ἀποθανόντος Ἀργείαν τὴν Ἀδράστου σὺν ἄλλοις ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν κηδείαν αὐτοῦ.*

Qui igitur statuunt Oedipum prioris Argivorum expeditionis superstitem, cum Cratete illos Iliadis versus 679 sq. ad ipsum Euryalum, unum ex Epigonis, referre debent Argiam deinde filii Thersandri comitem ad exsequias Oedipodis venisse conjiciendum est; qua conjectura simul ille Pindari locus, ubi *Θέρσανδρος νέοις ἐν ἀέθλοις τιμώμενος* dicitur, lucem acciperet. Si enim Mecisthei filium in Oedipodis ludis funebribus insignem exstitisse nobis persuasimus, congruens videtur, in iisdem ludis Thersandrum quoque non minorem gloriam cepisse.

At rerum conditionem consideratius reputanti nescio an longe probabilior appareat altera sententia, antiquissima carmina inclytos illos ludos funebres in honorem mortui Oedipodis ante filiorum dissidium celebratos tradidisse. Jam id ipsum quod ludi celebrantur eam commendat; nam convenien-

tius videtur, Oedipo regi mortuo hos honores tribui, quam multis annis post regnum depositum. Meliore jure, crediderim, antiquae Thebaidis famam ex Pausaniae brevi narratione quam ex Euripidis Phoenissis repetemus. Mimime enim abhorret ab Euripidea poesi, eo tantummodo consilio, ut horror Oedipodeae calamitatls omni modo augeretur, poetam ultro finxisse, Oedipum mutui filiorum parricidii superstitem fuisse; Pausaniam contra Thebaidis auctoritati esse obsecutum veri non dissimile, quum eam noverit magnique aestimet (VIII, 25. IV, 118). Locus ille Pausaniae legitur lib. IX, c. V: *Πολυνείκης δὲ, περιόντος καὶ ἄρχοντος Οἰδίποδος, ἐξῆλθεν ἐκ Θηβῶν δέει, μὴ τελέσθειεν ἐπὶ σφίσιν αἱ κατάραι τοῦ πατρός· ἀφικόμενος δὲ ἐς Ἄργος καὶ θυγατέρα Ἀδράστου λαβὼν κατῆλθεν ἐς Θήβας μετάπεμπτος ὑπὸ Ἐτεοκλέους μετὰ τὴν τελευτὴν Οἰδίποδος· κατελθὼν δὲ ἐς διαφορὰν προήχθη τῷ Ἐτεοκλεῖ, καὶ οὕτω τὸ δεύτερον ἔφυγε* *).

Facile patet, sine ulla difficultate ad hanc narrationem id quod de ludis funebribus Oedipodis ex Iliade et Hesiodo afferebatur apte referri. Polynices, qui vivo et regnante adhuc patre Thebis secesserat ut paternas diras, (quas a Polynice maxime excitatas Thebais facit) vitaret, post patris mortem ab Eteocle arcessitus revertit, ut ludis funebribus patris intersit et de haereditate cum fratre paciscatur. Affines quos in exsilio sibi comparaverat eum comitantur, inter quos Adrasti soceri frater M e c i s t h e u s et uxor A r g i a. Welkerus qui tam insigni diligentia ac sagacitate ex obscuris et dispersis indiciis antiquae Thebaidis consilium connexumque indagare et restituere conatus est, Oedipodis ludo-

---

*) Haud quaquam his Pausaniae verbis ea sententia inest, quam Siebelis inde deducere videtur (Annot. p. 22), Eteoclem auctorem discordiae apparere.

rum funebrium nullam habet rationem. At hos ludos in antiquo Thebaidis mytho praecipuum locum tenuisse duplice commemoratione Homeri et Hesiodi satis probatur. Neque si poeticas rationes respicimus, hi ludi praecipuo in Thebaide loco indigni apparent. Sive ipso carminis initio, sive majore episodio enarrabantur Oedipodis regis ludi funebres, praeclaram praebuerunt opportunitatem horrendi dissidii primordia causasque exponendi et insequentis belli heroes jam prius cognoscendi. Res ita in antiquo carmine dispositas fuisse conjecerim. Oedipus, qui quamquam a filiis indignas contumelias perpessus erat, regiam dignitatem continuaverat, moritur. Eteocles, ut aequum est, fratrem statim Argis arcessit. Polynices affines et amicos Argivos Thebas secum ducit, qui in ludis funebribus apte componuntur cum Thebanis heroibus, ita ut jam ludicris certaminibus utrique eam ostendant virtutem, quam proeliis deinde experiantur. Meminisse juvat Germanici carminis, quod inscribitur „Rosengarteo", quo eos heroes, qui alias acerrim bello inter se pugnaturi sunt, in agonibus ludisque versantes videmus. — Post exsequias Oedipodis res ita bene procedere poterant: Eteocles et Polynices de paterna haereditate inter se conveniunt, Eteocles Thebarum regnum, Polynices ornatum Harmoniae accipit (cf. pag. 13). Paullo post autem Polynices non amplius hac partitione contentus (fortasse Argiae incitatione) imperii societatem postulasse videtur, id quod Eteocles jam optimo suo jure recusat. Quo facto Polynices Argivorum auxilio fretus patriae impium bellum infert.

rum funebrium nullam habet rationem. At hos ludos in antiquo Thebaidis mytho praecipuum locum tenuisse duplice commemoratione Homeri et Hesiodi satis probatur. Neque si poeticas rationes respicimus, hi ludi praecipuo in Thebaide loco indigni apparent. Sive ipso carminis initio, sive majore episodio enarrabantur Oedipodis regis ludi funebres, praeclaram praebuerunt opportunitatem horrendi dissidii primordia causasque exponendi et insequentis belli heroes jam prius cognoscendi. Res ita in autiquo carmine dispositas fuisse conjecerim. Oedipus, qui quamquam a filiis indignas contumelias perpessus erat, regiam dignitatem continuaverat, moritur. Eteocles, ut aequum est, fratrem statim Argis arcessit. Polynices affines et amicos Argivos Thebas secum ducit, qui in ludis funebribus apte componuntur cum Thebanis heroibus, ita ut jam ludicris certaminibus utrique eam ostendant virtutem, quam proeliis deinde experiantur. Meminisse juvat Germanici carminis, quod inscribitur „Rosengarteo", quo eos heroes, qui alias acerrim bello inter se pugnaturi sunt, in agonibus ludisque versantes videmus. — Post exsequias Oedipodis res ita bene procedere poterant: Eteocles et Polynices de paterna haereditate inter se conveniunt, Eteocles Thebarum regnum, Polynices ornatum Harmoniae accipit (cf. pag. 15). Paullo post autem Polynices non amplius hac partitione contentus (fortasse Argiae incitatione) imperii societatem postulasse videtur, id quod Eteocles jam optimo suo jure recusat. Quo facto Polynices Argivorum auxilio fretus patriae impium bellum infert.